Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-683069-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-683069-p0002-4

21

LAVREAM PHILOSOPHICAM
SEX ET TRIGINTA
SAPIENTIAE ET INGENVARVM ARTIVM
CANDIDATIS
IN AVDITORIO MAIORI
ACADEMIAE VVITTENBERGENSIS
PRIDIE KL. MAIAS

A. cIↄ Iↄ CCX

MORE INSTITVTOQ. MAIORVM
CAPESSENTIBVS

GRATVLATVR

GEORGIVS GVILELMVS KIRCHMAIERVS
GRAEC. LITER. PROF. PVBL. ET H. T. ORDINIS PHILOSOPH. DECANVS

MERENTI

VVITTENBERGAE SAXONVM

PRELO SCHROEDTERIANO

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-683069-p0003-0

15

CANDIDATORVM NOMINA.

VVolffgang. Caſpar Troppannegerus, Dreſdenſis.

Chriſtian. Ehrenfredus Hermannus, Noſſena Miſnicus.

Chriſtian. Carol. Stempelius, Miſena Miſnicus.

Io. Guilielm. Sallſtroemius, VVittenberga Saxo.

Io. Caſpar Oberdorffius, Lobſchvvizenſis Miſn. Diaconus Libenvverdenſis.

Io. Chriſtianus Adami, Lucca Luſatus.

Io. David Steuckardus, Clettſtadio Thuringus.

Ioſeph. Schmidius, Crucenaco Palatinus, Paſtor Burckardsdorffenſis.

Io. Frider. Koppius, Torgavienſis, Paſtor VVeſingenſis et Losvvigenſis.

Io. Sam. Clauſnizerus, Helbigsdorffens. Miſn. Paſtor Subſtitut. Muldavienſis.

Chriſtian. Frider. Pezoltus, Islebienſ. Mansfeld. Scholae patriae Neapolit. Rector.

Io. Chriſtoph. Haſperus, Mariaemontan. Miſn. Scholae patriae Rector.

Io. David Thoennikerus, Peritſchenſis Miſnicus.

David Henricus Kleedizius, Pirna Miſnicus.

Gottlieb Nergerus, Boleslavienſis Sileſius.

Io. Henricus Calovius, Veſtavienſis Miſnicus.

Georg.

Georg. Henricus Rodochſius, Gerbſtadienſis Mansfeldicus.

Io. Chriſtoph. Gerberus, Lubena Luſatus.

Georg. Chriſtoph. Brucknerus, Annaeberg. Miſn. Scholae patriae Collega III.

Chriſtian. Ehrenfredus Holzmullerus, Oedera Miſnicus.

Io. Fridericus Kernius, Schleuſinga Francus.

Chriſtian. Godofredus Hilnerus, Gelenavia Miſn.

David Gabriel Trubsbachius, Erbisdorffenſis Miſnicus.

Io. Chriſtianus Franckius, Gelenavia Miſnicus.

Chriſtoph. Henr. Schinckius, Kelbrano Schvvarzburgicus.

Daniel Nieſius, Neoſtadienſis Miſnicus.

Io. Georgius Hubſchmannus, Geyera Miſnicus.

Io. Michael Seydelius, Annaemont. Miſnicus.

Georg. Chriſtian. Kupferus, Mega Thymicenſ. Miſnicus.

Io. Melchior Rederus, VViſa Luſatus.

Io. Caſpar Schallerus, Oſſatienſis Miſnicus.

Georg. Michael Doederlinus, VVeiſſenburgenſ. ad Noricum.

Io. Stephanus Pilarikius, VVittenberga Saxo.

Io. Godofredus Fiſcherus, Raedicenſis Saxo.

Io. Henr. Eberhardus, Angſtadio Thuringus.

Io. Andreas Schmidius, Cadolzburgo Onoldinus.

Ad-

ADuerſam diuiniorum pariter, ac humaniorum, literarum fortunam, quibus cum inerti, ſibique infenſiſſimo, ſeculo vehementer conflictandum, quanto acerbius ferre ſoleo, et propemodum deflere, tanto nunc maiori me voluptate perfundit, ac recreat, laetiſſimus, reuerendi admodum praeſtantiſſimique Viri aeque, ac Iuuenes literatiſſimi, conſpectus veſter, et in ſpem temporum erigit meliorum. Quod ſi male ſentientium autoritate optatisque ſtaret, actum ſane foret de literarum ſtudiis, eorumque tractatio relinqueretur vulgo, et, tanquam umbratilis, prorſusque inutilis et ſuperuacua, ad ſcholas damnaretur, indigna plane magnorum perſonis virorum, qui in luce, oculisque Principum, verſantur, et, pragmaticis occupati, gubernacula ſaepe reipublicae tractant, honores vero, ſtudiorum praemia, riderentur, ſibilisque et conuiciis exploderentur. Hi, quicunque ſint, diuini Platonis oraculum, *beatas fore respublicas, ſi, aut docti, aut ſapientes, homines eas regere coepiſſent, aut, qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent*, non ſatis ponderant, ignari plane atqve immemores, omnium memoria ſeculorum comprobari illud, argumentisque minime fallentibus confirmari, hoc omni felicitatis genere florentiorem eſſe quamque, quo plures, ſinu veluti ſuo, fouet eruditos, tuetur et exornat. Recte igitur, humaniſſimi Viri, maioris aeſtimaſtis, quid totus, qua patet, cultior orbis, totque gentes, quae, Muſarum pariter, ac Martis, ope, triumphos agunt, ſentiant, quam, quid pauci, iique vel naturam fautricem non experti in tribuendis ingenii dotibus, adeoque prorſus inepti, vel ſatis mediocriter docti, ac liuore in veram ſolidamque eruditionem, cuius fundamentum in humanitate literarum poſitum eſt, ſuffuſi, aut labore, cum nerui ſint contendendi, deterriti, turpiſſimo opinionis errore, arbitrentur. Quamobrem vos non poeniteat, nedum pudeat, ab ineunte aetate ſapientiae ac bonis artibus dediſſe operam, ſpretisque conuiciatorum iniuriis, eo progreſſos eruditionis eſſe, ut uberrimos induſtriae veſtrae fructus perciperetis. In ſolenni enim Ordinis Sapientum celebritate reportaſtis, eruditorum plauſu aſſenſuque omnium, decus, quod virtuti aeque, ac doctrinae veſtrae exquiſitiori, profectus ſemel iterumque explorantibus nobis ac pertentantibus, ut aſſolet, approbatae, debebatur. Cumque adeo a me, Philoſophici Praeſide Collegii, conſentientibus Patrum ſuffragiis, ſapientiae ac ingenuarum artium Doctores, more inſtitutoque maiorum, publice renuntiati ſitis, non poſſum, quin lauream hanc philoſophiae, integritate vitae, ac ſtudiorum aſſiduitate, partam, ex animo vobis gratuler, Deumque, literarum autorem iuxta, ac ſtatorem, obteſter, ut eam, in eruditionis non magis, quam religionis emendatioris, praeſidium et firmamentum, barbariaeque perniciem, pro eo, ac ominor, bene euenire, ac patriae, parentibus, vobismet denique ipſis, uſui eſſe, iubeat, nec unquam, corrumpi, patiatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-683069-p0006-7

Ung VI 3

VD 18
VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-683069-p0007-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-683069-p0008-8

LAVREAM PHILOSOPHICAM

SEX ET TRIGINTA

SAPIENTIAE ET INGENVARVM ARTIVM

CANDIDATIS

...DITORIO MAIORI

...E VVITTENBERGENSIS

...DIE KL. MAIAS

A. cIↃ IↃ CCX

...TITVTOQ. MAIORVM

...APESSENTIBVS

...GRATVLATVR

...VS GVILELMVS

...CHMAIERVS

...PROF.PVBL.ET H.T. ORDINIS

...OSOPH. DECANVS

...MERENTI

...NBERGAE SAXONVM

PRELO SCHROEDTERIANO

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-683069-p0009-7